



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

**LEGVM PON||TIFICIARVM GRE-||gorij noni, seu  
Decretalium pentateu-||chus**

**Mesnart, Martin**

**Parisiis, 1555**

viii. De coniugio leprosorum.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-63486](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-63486)

vt per decēnium, maximo etiam scandalo moratus cum secunda fiet, totidēque fortē liberos procreasit: ab ea separator. vterque pœniteto. vterque perpetuò contineto. vterque tamen liberis suis pro modo facultatum necessaria subministrato.

*De Coniugio Leprosorum. Tit. 8.*

**L**eprosus si continere non volt, & aliquam <sup>2 Quoniā</sup> nactus est quæ sibi nubere parata fiet: cōtrahito. Quod si cœpto iam matrimonio coniugum alteri lepra continget, & is debitum exiget: sanus olli debitum reddito. Lepra, aliāve grauis infirmitas coniuges ne separato. Sola fornicationis causa hoc facito.

Itaque si coniugum alter lepram incurret: vir <sup>1. Perue-</sup> vxorem, vxor virum sequitor. inuicem adfectu <sup>nit.</sup> coniugali ministrato. Sin ad hoc induci haud potesint: vtrique perpetuò contineto. Ni faxint: excommunicantor.

Lepra verò post sponsalia de futuro adueniente alter matrimonium consummare ne cogitor. <sup>3. Literas.</sup>

*De Coniugio Seruorum, &  
natis ex Libero ventre.  
Tit. 9. & 10.*

**I**NTER seruos matrimonia ne prohibentor. <sup>1. Dignū</sup> si contradicentibus heris contracta sient: eius <sup>est.</sup> ergo ne dissoluuntor. Serui tamen ollis debita seruitia non minùs exhibento.

Liber autem si cum ancilla contraxit ignorans, <sup>4. Ad</sup> nostram.